

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

D.Caesareo, Georgius Aemilius S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

537

to post in Academiam profecturus sim. Erit autem  
mibi Academie uice tua consuetudo, ubi cung; e-  
ris. Inter omne te etiam atque etiam oro, ut consuetudi-  
nem ad me scribendi non intermittas. Vale.

D. Cæsareo, Georgius Aemilius  
S. D.

Si non meritus fuisset, ne si non opportuno tem-  
pore, in tanto occupationum tuarum concursum meum  
liter erredderemur, te offendicerem, hac tamen sepe  
ad te scripsisse, uir ornatus sum: sed nunc facile  
passus sum plus in me patris autoritate ualere,  
quam illam meam uerecundiam. Nam pater, una  
cum optimorum studiorum literis, etiam uirtutis  
officia colere studens, uult ut pro eo beneficio,  
quo nos iter ingressos affecisti, gratias agerem.  
Cum enim nos hospitio exceperis, & liberalissim  
me tractaueris, si nullam significationem gratitu-  
dinis ostenderem, non solum ingratus erga te, sic  
meritum, sed etiam iniustus aduersus Deum es-  
sem, qui singulari pietate iura hospitiij conserua-  
ri uult. Ago itaque tibi gratias immortales: ac si  
quo officij genere, quo declarare aliquam meam  
erga te benevolentiam potero, efficiam profe-  
ctio ut intelligas, me tui esse amansimum.  
Cum autem te nobis non solum sanguinis coniu-  
ctio, sed etiam nolumas tua & religio deinceps-

O reti

ret: rogo, ut quod est humanitate tua dignissimum, uicissim nos ames, & commendatos habeas. Vale.

Idem eidem.

Quod in maximis occupationibus tuis duxisti nobis scribendum esse, magnum specimen singularis benevolentiae erga nos praebuisti. Quare et officium tuum mihi iucundius est: et ipsis literis, cum sint humanitatis plenissime, ueramente delectores: et quoniam pignus perpetui tui erga me amoris mecum in sinu circumfero et afferuo itaque tibi gratias ago, qui nos hoc tempore, quod uides plus quam ferre conuise: litterarum studiosis, complexus es, et significas te studijs nostris non defuturum esse. Nec uero aut nobis quicquame optabilius est, quam habere patronum, cuius et authoritas sit precipua, et in amicis tuendis fides: aut tibi honestius, quam litterarum amantes adiuuare et prouochere. Maximè enim deet te, cum tanta doctrina praeditus intelligas, quanta uis et dignitas sit bonarum artium, dare operam, ut quam maximè floreant litteræ. Et cum Republica tibi defensionem omnium ornamentorum commendauerit, quibus opus habet: petit etiam, ut has disciplinas, in quibus uersamur, omni ope tuearis et conserues. Quarum quantia sit utilitas in Republica, tu optimè perspicis. Quarete  
rogo,